Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Da nobis auxilium de tribulacione: quia vana
salus hominis In deo faciemus virtutem: et ipse
ad nihilum deducet inimicos nros
Deus laudem meam ne tacueris: qa os peccatoris
et os dolosi super me apertum est Locuti sunt ad
versum me lingua dolosa: et sermonibus odii cir
cumdederunt me: et expugnaverunt me gratis
Pro eo ut me diligerem detrahebant mihi ego autem
orabam Et posuerunt ad versum me mala pro bonis:
et odium pro dilectione mea Constitue super eum
peccatorem: et diabolus stet a dextris eius Cum iu
dicatur exeat condemnatus: et oro eius fiat in peccatum
Fiant dies eius pauci: et episcopatum eius accipiet
alter Fiant filii eius orphani: et uxor eius vi
dua Nutantes transferantur filii eius et mendicent:
et eiciantur de habitacionibus suis Scrutetur fene
rator omnem substanciam eius et diripiant alieni la
bores eius Non sit illi adiutor: nec sit qui mi
sereatur pupillis eius Fiant nati eius in interi
tum in generacione una deleatur nomen eius In memo
riam redeat iniquitas patrum eius in conspectu dni
et peccatum matris eius non deleatur Fiant contra dnm
sp et disperdat de terra memoria eorum: pro eo quod non
est recordatus facere miam Et persecutus est hominem
inopem et mendicum: et compunctum corde mortifi
care Et dilexit maledictionem et veniet ei: et
noluit benedictionem et elongabitur ab eo Et induit
maledictionem sicut vestimentum: et introiuit sicut aqua
in interiora eius: et sicut oleum in ossibus eius Fiat
ei sicut vestimentum quo operitur et sicut zona qua sp pre